



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 78. Varia Anglii Senatus statuta circa Religionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. LXXVIII.

Varia Anglii Senatus statuta circa Religionem.

*Cambd. in
ann. vit.
Elis.*

His ita dispositis unice adhuc requireretur, ut de his omnibus immutationibus nuperime factis ad auctoritatem illis conciliandam decreta conderentur: quapropter Senatus, quam primum eidem hæc liturgia recens emendata exhibebatur, huic negotio insudare cœperat, moxque ex Curiæ inferioris tribunal die decima quinta Februarii circa Divinum Officium in patroidiomate celebrandum futuræ legis formula prodibat, quæ etiam postea vim statuti obtinebat: Die autem vigesima prima ejusdem Mensis alia ejusmodi forma concipiebatur, vi cujus supremi Capitis auctoritas per universam Angliæ Ecclesiam Reginæ reddebatur; a curiæ tamen Proceribus illa nonnisi die decima octava Martii suscipiebatur, incassum reclamantibus Eboracensi Archiepiscopo, Saresberieni Comite, & Vicecomite Montacuto, neenon Londinensi, Viacomensi, Vigorniensi, Tafifiensi, Conventriensi, Lichfeldiano, Exoniensi, Castriensi, Carleolano Episcopis, præter Westmonasterensem Abbatem, qui una omnes ementitum hunc Primum omnibus viribus impugnabant.

bant. Verum hic titulus, quem Cle- Sæcul. XVI.
rus in hoc Senatu Reginæ attribuere A. C. 1559.
renuebat, in Londinensi Synodo Anno
Domini millesimo quingentesimo sexa-
gesimo secundo ab eodem tam primi,
quam secundi Ordinis Clero communi
consensu acceptabatur: quapropter is
hoc anno Christi millesimo quingentesi-
mo quinquagesimo nono duntaxat ha-
bita temporis ratione obstitisse videtur;
cum enim Clerici regnante Maria palam
Pontificis obsequium profiterentur, de-
centiæ leges vetabant, ne prima occa-
sione adversus Papam sese rebelles de-
clararent. Denique die decima septima
Martii cuncta confirmabantur edicta,
quæ ab Eduardo vi jactatæ auctorita-
tis suæ circa Religionem fuere promul-
gata: quanto autem post die Reginæ eo-
dem cum jure, quod olim usurpabat
Eduardus, Episcoporum nominatio re-
linquebatur. Insuper conditis aliis de-
cretis Officium Divinum eodem ubique
ritu celebrandum esse decernebatur, si-
mulque Reginæ permissum, ut vacan-
tium Episcopatum ditiones sibi vendi-
cet, dummodo feudi nomine juxta il-
lorum valorem decimas redderet: in-
super eidem omnes Religiosorum Con-
ventus cedebantur. Tandem etiam de-
cretum, quo sub Eduardi VI. Regimine
omnes Catholici Episcopi damnabantur,

K 5

tan-

Sæc. XVI
A.C. 1559

tanquam justum, & legitimum fuit declaratum. Cuncta hæc fuerunt stabilita, nullo ferme obsistente, exceptis tamen quibusdam Proceribus Laicis, qui veluti contra torrentem obsistere audebant, suamque oppositionem etiam ad acta referri curabant: verum horum numerus ceteris longe inferior erat.

§. LXXIX.
Primorum Delegatorum Curia in Anglia Regno stabilita.

Burnet
p. 572. &
573.

Postquam Regina potestatem, seu pri-
mum Ecclesiæ Primum, necnon
hoc munus per suos Deputatos exer-
cendi facultatem obtinuerat, ex hoc
monstro quantocius nascebatur recens
tribunal, quod *primorum Delegatorum Cu-*
ria appellabatur. Hæc ex certo Com-
missariorum, ut vocant, seu Judicum
numero conflata communi suffragio illa
fungebantur potestate, quam prius Hen-
ricus uni soli sub Vicegerentis nomine
commiserat. Hanc in rem Regina Cle-
ricorum sententiam expetebat, qui e-
tiam eidem haud ægre consentiebant,
certo persuasi, quod unius solius Viri
auctoritas hoc munere nimium potens
evaderet, proin illam inter plures par-
tiri magis expediret: Insuper sperabant
Ecclesiastici, quod ipsi in ejusmodi offi-
cio